

# DISSERTATIO QUA HEBRÆORUM HISTORIA

## Cæterarum Nationum Historiis præstare ostenditur.

**D**E totius orbis historicis monumentis modò nobis quam alias unquam pronus est iudicare, cum eorum nulla, quantum credere par est, hodie nos lateant, & quidquid ad eorum originem & historias attinet, vulgata sint omnia. Quamvis enim gentes quædam in remotissimo vel Africa v. g. vel America, vel Australium regionum sinu nobis abderentur incognitæ, nil sanè producere possent, quod præ celeberrimis Ægyptiorum v. g. Chaldæorum, Indorum, Persarum, & Americanorum historiis, majorem præferret autoritatem. Nos igitur nationum nullam de sua origine, & vetustate, quin ad sacros Hebræorum Libros confugiat, certi nil posse exhibere, hac Dissertatione demonstrandum aggredimur. Hi fontes sunt, unde omnibus illud hauriendum est, quo singula omnia, quæ de suis historiis à Vetustis Scriptoris referuntur, certa esse probentur. Nationes omnes, quæ originem suam ad Noë, e jusque filios, seu posteros non referunt, suamque ultra Diluvium, & epochas ab Judæorum historiis agnitas, vetustatem protendunt, hoc ipso in falsitatis suspicionem adducuntur.

Primum illud occurrit, quo Judæorum historia historiis cæterarum nationum potissimum præstant, quòd nempe per Sacros Scriptores & Prophetas Divino lumine, ne fallerentur, perfos, eandem Deus ipse conscripserit. Cùm igitur in historiâ præ cæteris faciendâ sit veritas, comperit profectò, Judæorum historias veritate eminere inter cæteras, quas sapissimè homines vel imperiti, vel veritatis personarum studio detenti, edidere; qui præterea errori quotidie obnoxii & falli poterant, & alios fallere, vel id consultò, vel id præter animum necessario lumine destituti præstiturint.

Verùm etsi Inspirationem Divinam, per quam cæteras omnes antecellunt historias, aliquandiu prætereamus; easdem nihilo minus, vel nullâ supernaturalis hujus autoritatis habitâ ratione, tum veritate cum autoritate cæteris omnibus præstare perspicuè exhibemus.

Id ut plurimum in Historico exigitur, ut

coævus sit, ingenuus, peritus, partium studio minimè detentus, prudens, exactus, præjudiciorum immunis, odii, amoris, spei, timoris affectibus liber, indigena tandem non advena, aut nullâ vel generis, vel nominis, vel muneris nobilitate conspicuus. Quorum omnium vel singula vel pleraque in Judæorum Scriptoris aded congesta intelligimus, ut vel quòd decepti fuerint, vel quòd nos voluerint in errorem adducere, omnis ab iisdem suspicio sit penitus removendâ. Eorum præterea narrationes ita inter se mutuo nectuntur; ita cum gravitate, prudentiâ, & consilio coherant; exteris aliis & authenticis historiis aded congruunt; quosdam ingenuitatis, & veritatis ita sibi similes characteres præferunt; Hebræorum denique natio eâ semper ingenuitatis laude apud omnes claruit, ut eorum narrationes nemo unquam impugnaverit. Hæc omnia simul congesta eam sanè Hebræis Scriptoris fidem vindicant, ut parem autoritatis gradum prophani Historici nunquam poterint obtinere.

Moyse primus & præcipuus Historiæ Hebræorum Author, eximii ingenii, & præstantis animi & ingenui vir spectatissimus, vilitatis nescius, rerum peritissimus, sapientiâ, pietate, Religione, integritate, & consilio eò usque cumulatus, ut his animi sui dotibus undique ejus Scripta redundent. Liberos loco à Regis Ægypti filiâ assumptus, quò non pervenisset, si faventi terga spontè vertens fortunæ spes Aux non rejectisset, ut de suorum fratrum calamitatibus partem consequeretur? Quibus profectò fratribus juvandis aded instituit, ut Regis irâ in se concitatâ sibi demum fugâ fuerit consulendum. Postquam verò diu abfuerat, à Deo excitatus, ut Israelitas Ægypti captivitate solutos in libertatem assereret, iisdemque ad mores componendos Leges impertiret, muneri suo solerter incubuit, idemque felicissimo implevit eventu. His peractis, earundem historiam contexere aggressus est, iis coram testibus, qui rebus omnibus adfuerant, coram nempe hominum sexcentis millibus in locum unum coactis, qui ejus non modò verba omnia, sed & animi motus attendentes, eisdem utique reclamassent, si, quemadmodum plura eorum honori, nomini, & pro-

Librorum Mosaicorum, autoritas.

gensioni adversa recensuit, quid fortè veritati non consonum protulisset.

Ut longinquus historiam exorsus perfectiorem exhibeat, à mundi crepundiis ad suam usque ætatem protrahit; Hebræorum Progenitores refert, eorumque genealogiam recenset, & præcipua Patriarcharum, Josephi potissimum, tanti apud Ægyptios habiti, gesta commemorat. Quæ omnia Moyse consiliis quammaximè conducebant; Hebræis enim & suam, & unâ nationum, cum quibus brevi vel fœdus ineundum ipsis erat, vel dimicandum, originem aperiebat; eas regiones, quarum in expeditionem progrediebantur, quòd eorum Progenitoribus à Deo promissâ fuissent, ad ipsos pertinere ostendebat; Abrahæ, aliorumque Patriarcharum plurima virtutum proferebat exempla; & eorum Patres, eorumque progeniem, ut sibi in eis Sacerdotium & Religionem constitueret, à Deo potissimum electos commendabat. His præterea memorandis satis instituit, quæ caeremonias, & pios quosdam ritus, quos ipse iterum constituere, seu restaurabat, Sabbatum v. g. & Circumcisionem, olim jam constitutos ostenderet. His itaque argumentis Moysem adductum putamus, ut suas Historias à Genesi exordiretur.

Quæ in Exodo cred tu difficiliora feruntur, Israelitæ omnes aspexerant; quare Moyse nec Hebræos decipere, nec Ægyptiis hostibus detrahere poterat. Præterea de Hebræis, & de semetipso ingenuè loquitur, nec illis assentatur, nec sibi blanditur, eorumque & bona & mala, ut occasio postulât, syncerâ fide commemorat; quam quidem fidem ejus historia undique præferunt, & summam produunt integritatem. In Moysem itaque ea omnia consulant, quæ omnem ab eo falsitatis, aut mendacii suspicionem removent, & ejus historiam, cui certa fides adhibeatur, dignam constituunt.

Priores tantummodò Genesis historia, quas utique per seipsum scire non poterat, aliquam fortè inducant difficultatem; quam statim evertimus, si meminimus, i. Moysem duodequingenta annis post Levi obitum natum esse; Levi autem unâ cum Isaac annos vixerat quadraginta; & Isaac cum Abrahamo quinque & octoginta; & cum Sem, Noe filio, annos quinquaginta. Sen annis octo & nonaginta ante Diluvium jam in vivis agebat; quare Lamech viderat, & Mathusalem, qui primum hominem noverat. Hinc sicut, ut eorum quæ vel ante, vel post diluvium gesta fuerant, traditio, priorum hominum diu viventium ratione habitâ, recens adhuc censeretur.

2. Rerum ante gestarum Scripturas, & monumenta jam tum non extitisse, non constat; quorum si quidquam vel apud Ægyptios, vel apud Judæos servabatur, Moyse profectò præ cæteris noverat: optimè enim ab Ægyptiis eruditus fuerat, & eorum, quæ ad Hebræorum historiam attinerent, nil penitus ignoravit.

3. Quæ à Moyse referuntur, ea sunt, ut facile in hominum memoria reservarentur, v. g. Mundi creatio, Adæ lapsus, Dilu-

vium, Turris Babel, conditum Nemrodi Imperium. Huc enim fermè omnia pertinent, quæ de ea ætate à Moyse referuntur.

De Josue Libro, quem ipsi Josue Israelitarum Duci vulgò adscribunt, idem iudicium, quod de Libris Moyse, utique pronunciandum. Eius enim Author iis, quæ scripsit, coævus, sapiens, diligens, doctus, prudens, & Hebræi populi Dux, ea recensuit, quæ vel ipse gesserat, vel testis oculatus aspexerat.

Libri Judicum Scriptorem Samuelem putamus, cujus quidem gravitatem, sapientiam, doctrinam, consilium, & qualitates cæteras scimus. Ex eorum, quæ sub Judicibus gesta fuerant, monumentis Judicum Librum contexit, quare vel his historiis coævus, vel fermè coævus censendus est. Si is etiam, ut vulgò credimus, primi Regum majorem partem scripsit, quæ viderat & gesserat scriptis redegit. Davida gesta à Samuele Vidente, & à Prophetis Nathan & Gad (o), quorum uterque Davide & Salomone imperantibus vixerant, scripta fuisse Scriptura commemorat.

Cæteros Judæorum Historicorum Libros scripserunt Prophetæ, iis coævi Principibus, quorum gesta edidit. Adde, & Ahas Regni Salomonis (p), Semeias & Ado Regni Roboam historiam exhibuerunt (q). Adde præterea dedit gesta Abia (r); Hanani sub Aza (s), & Jchu Hanani filius sub Josaphat Annales congestere (t). Eodem postremo Rege imperante, Eliczer (u) & Jahaziel [x] Prophetæ scripserunt. Quæ sub Ozia (y), & Ezechia (z) evenerant, Isaias recensuit, qui & plurima quæ ad Achaz attinent, exhibuit. Regni Manassis historiam intexit Hofai (\*); Regni Josiæ, & ejus Successorum Judæ Regum Commentarios edidit Jeremias, cujus Prophetæ habenda sunt veluti eorum narratio, quæ postremis Regni Judæ temporibus congerunt. Regum & Paralipomenon Libri Judæ, & Israelis Regum Annales sapissimè allegant, nosque ad eos veluti ad publica, certa, & authentica monumenta remittunt; quæ quidem non modò captivitatis ætate, sed & post captivitatem extabant, si, ut verosimilius præferatur, Regum, & Paralipomenon Libros, à quibus iisdem Annales sapissimè producuntur, Esdras verè scripsit, seu verius in compendium digessit.

Judæis captivitate detentis, Ezechiel, & Daniel eventus plurimos protulere. Nive Tobias, Susi Mardocheus & Esther Nationis Judæicæ historiam continuarunt, quorum quidem autoritati perpendendâ non immoramur, cum certam apud omnes eorum testimonium fidem obtineat. Post Captivitatem ab Esdræ, Nehemiæ & Macchabæorum Libris Judæorum gesta admodum protrahit exhibentur (a).

Spatium, quod Nehemiam & Macchabæos interjacet, breve est (b); tum præterea Judæi parvi ita habebantur, ut ad magna gerenda vel vix, vel nunquam adhibitos, & Sacri, & Prophani Authores eos præterierint. Per magna Judæorum captivitas

Libri Josue vetustas.

Libri Judicum, & Regum.

o 1. Par. 29. 29. p 2. Par. 9. 29. q 2. Par. 12. 15. r 2. Par. 13. 22.

Librorum Historicorum Authores.

s 2. Par. 16. 7 t 2. Par. 20. 34. u 2. Par. 20. 37. x 2. Par. 20. 14. y 2. Par. 26. 22. z 2. Par. 32. 32. \* 2. Par. 33. 19.

a Nehemias post annos 3563. occubuit. Antiochus Epiphanes imperare cepit annos 3829. Ipter utrumque anni 266. intercedunt, cujus etiam intervalli habemus historiam de Judæis Ægyptii, quos Eupator annos 3787. perfectione confecit.

Libri Esdræ, Nehemiæ, & Macchabæorum.

b 2. Mach. 2. 23.

neminem latet; quo etiam pietatis studio Efdras claruerit, nemo est, qui non noverit. Is à præclara progenie ortum duxerat, & ab Artaxerfe Longimano vel captivus maximi ducebatur. Eius nomine inscriptum Librum primum per se ipsum contexit; secundum addidit Nehemias, qui è clarissimâ Tribu Judæ familiâ ortus, ejusdem Artaxerfis, à quo & in Pincernam assumptus fuerat, amorem sibi maximum conciliavit. Singulari nomine de se per totum fermè Librum semper loquitur; Nehemia etiam Commentaria (e) in Macchabæis allegantur, quorum fortè compendium tantummodò ejus Librum credimus, cum locus apud Macchabæos productus ibi minime occurrat.

Minima quædam alienâ manu adjecta in Efdra & Nehemæ Libros irrepisse fatemur. Verùm inter Scripturarum Libros vix aliquis inveniatur, ubi addita quædam non occurrant. Hebræi veteres phrasas quædam ad ea explicanda, quæ temporum diuturnitate obscura evasissent, suis textibus interferere non ducebant alienum; quo quidem priorum ætatum fides potius, non decipiendi malus animus inducitur. Neque subdolè id neque callidè præstitere. Ita nos vel proprias, vel alicujus periti Viri notas nostrorum Librorum margini interdum adscribimus; qui sanè Libri animadversionibus ejusmodi inserti, non modò non amittunt auctoritatem, verùm etiam studiosius inquirunt. Notæ Libris Sanctis ab Judæis adscriptæ, hæc v. g. præferunt; vel genealogiam longinquius, quàm à primo Authore, deductam; vel geographicum quid; hanc Urbem aliàs hoc nomine appellatam; hanc regionem quondam ad hunc populum pertinuisse; hunc locum vel cis vel trans Jordanem situm esse; aliquid & in alio Vetusto Codice legi. Huc omnia & singula referuntur, quæ Sacris Authoribus addita. Fortè & quis Amanensium error irrepserit; cujusmodi vitii quis omninò Liber immunis?

Macchabæorum primus Hebræicè vel Syriacè primò descriptus, hoc enim idiomate Macchabæorum ætate Palestina utebatur. In fine hujus Libri ad Commentaria Joannis Hircani Lector remittitur (d); quo illud ostenditur, Authorem ex Commentariis seu Annalibus historias deprompsisse; Macchabæos etiam curasse, ut quæ continebant, majoris momenti memoriæ consignarentur. Secundi Macchabæorum Scriptor (e) Judæorum historias bellorum turbis dispersas, Judæ studio congestas fuisse testatur. Author tertii Macchabæorum, quo persecutio à Ptolemæo Philopatore Rege Ægypti in Judæos mota continetur, prorsus latet; vetustissimum nihilominus scimus, & eorum, quæ refert, instructissimum.

Post Macchabæorum Libros Judaicam Historiam apud Josephum, & in Vetustissimis monumentis Arabicis, quæ in suis Polyglottis à D. Le Jay afferuntur, habemus. Josephi Historici criticam, sapientiam, atque peritiam omnes commendant; de quo hæc Scaliger (f). *Diligentissimus, veracissimus*

mus omnium Scriptorum Josephus, de quo nos hoc audacter dicimus, non solum in Judaicis, sed etiam in externis tutius illi creditur, quàm omnibus Græcis & Latinis. Eusebius, S. Hieronymus, & Photius amplissimis laudibus eundem meritò cumulant; quem nihilominus in quosdam errores delapsus, & sæpè à Scripturarum veritate recessisse fatemur.

Hæc de Historiæ Hebræorum auctoritate, qui innumeris seditionibus, infortuniis, bellis, & calamitatibus invitis, sæpè etiam vitæ, bonorum, & libertatis discrimine sua servarunt monumenta, quæ originali adhuc idiomate conscripta ad nos pervenerunt. Istud verò idioma, quamvis duodeviginti ab hinc sæculis desierit, à Sapientibus plurimis adhuc ita tenetur, ut optimè eas Scripturas percipiant, quarum quasdam Versiones habemus duodeviginti sæculis vetustiores. Judæorum populus in omnes fermè orbis regiones diffusus, adhuc superest, qui Religionis suæ quammaximè studiosus, suæque historiæ peritissimus, sacris monumentis servandis plurimùm incumbit. Quare ad hujus historiæ veritatem, & auctoritatem comprobendam nil præterea desideratur.

An Nationes cæteræ eadem fidei argumenta præferant, nunc discutiamus. Orientales generatim propriis scribendis historiis præ Occidentalibus incubuisse videntur; quo factum est, ut & vetustiores habeantur, & artes apud ipsos ab exordio diligentius excolerentur. Assyrii, Chaldæi, Athenienses, Persæ, Ægyptii, quemadmodum Hebræi, quidquid in eorum regionibus memorabile contingeret, Annalibus mandabant. De vetustis Ægyptiorum Annalibus apud Herodotum (g), & Diodorum Siculum mentio (h). Plato in Timæo (i) Sacerdotem Ægyptium loquentem inducit, qui Ægyptos ea, quæ velin Ægypto vel alibi singularia gererentur, scriptis consignare solitos testatur. Manethon apud Josephum (k) quidquid refert, ex Sacris Ægyptiorum Libris se hausisse asserit. Teste verò eodem Josepho (l), Tyrii sua Tabularia sanctè custodita servabant, in quibus conditæ tabulæ de præcipuis Regionis eventibus erant.

Berosus in Chaldæorum historia vetustissimis monumentis adhæsit (m). Menander quidquid (n) ad varias Nationes spectans in veterum historiis invenit, superiori Commentario prosecutus est. De Persarum Annalibus sub Cyro, Dario (o), & sub Aulero (p) Scriptura meminit. Romani plerisque ex recensitis nationibus recentiores præclariora tabulis, Ephemeridibus verò leviora consignabant (q). Plutarchus diarium allegat, in quod Alexandri singulorum dierum gesta referbantur (r).

Verùm si rem propius attingamus, non nisi imperfectas earum Nationum historias ad nos pervenisse ultro fatebimur; earumdem enim vetustis primitivæ Scriptis, Ephemeridibus, & monumentis oblivione deletis, fragmenta tantummodò mutila nimis atque imformia obtinimus, versa præterea ab Authoribus Græcis, quibus, ut

bro de emen. dat. tempo. rum.

g Herodot. l. 2. c. 3. h Diod. Sicul. l. 2. pag. 16. & 44. 45. i Plato in Tim. p. 21. A. B. k Joseph. contr. Apion. l. 1. p. 1042. l Idem ibid. p. 2402. m Idem ibid. p. 1043. G. n Idem ibid. p. 1042. G. o 1. Esdr. 4. 15. & 6. 1. 2. p. Ebr. 10. 2. q Tacit. Annal. l. 13. r Plut. in Alexandr. p. 705.

c 2. Macch. 12. 13.

d 1. Macch. 16. ult.

e 2. Macch. 12. 14.

f Joseph. Scalig. in Prolegom. in Li.

exactam versionem darent, plena cognitio defuit, atque solertia.

Berosus natu Chaldæus, Tatiano teste, (s) sub Alexandro Magno, teste verò Vossio, sub Antiocho I. Rege Syriæ, cognomento Sotere, floruit; sed contra Vossium pro Tatiano stat Perizonius. Græcè verò scripsit, & pro Græcis de vetustissimis Chaldæorum gestis perpauca commemorat. Verùm ea, quæ Josephus & Eusebius ab eodem hausta allegant, Hebræorum historiam plurimùm illustrant.

Chaldæorum Historia. Chaldæi, juxta Diodorum (t), observationes astronomicas annorum 472000. apud se habere comminiscabantur. Cicero ad 470000. [u] & Berosus & Critodemus apud Plinium ad 424000. Epigenes verò apud eundem ad 720000. extendit (x). Verùm Cicero portentosam hanc vetustatem sustulit, vanitatis, & imprudentiæ condemnat. Quæ quidem remotissimæ observationes, si quandoque extitissent, oblivione profectò penitus intercidisse, quis credat?

Aristoteles, indagandæ veritatis gratiâ, ad Callisthenem tunc temporis Babylone cum Alexandro versantem literas dedit, ut si quid certioris de eâ re deprehendere posset, rescriberet. Callisthenes observationes annorum 1903. ab exordio Monarchiæ Chaldæorum usque ad Alexandrum remisit [y]. Si quis igitur ab anno mundi 3676. scilicet post victum Darium annis 1903. ascendat, ad annum 1771. (z), quo temporè per Nemrodum Turris Babel edificari cœpta est, perveniet.

Nabonassaris Epocha apud Chronologos celeberrima, annum Periodi Julianæ 3956. mundi 3257. ante Christum 1743. ante Æram 1747. non prætergreditur. Nabonassar idem ac Baladan, qui Legatos ad Ezechiam misit, ut de recepta ab illo divinitus sanitate gratularentur, & de solis retroversu portento inquirerent. De eo Rege apud Isaiam (a), & in Regum quarto mentio (b).

Berosi, quem citat Josephus, fragmentum [c] de diluvio, & hominum in eo corruptione, sicuti Moyses, ita meminit, simul & de Arcâ in montium Armeniorum fastigio subsidente. Deinde eos, qui è Noe progeniti sunt, ad Nabopolassarum Nabuchodonosori Patrem perducit. Tum agit de Monarchiæ Chaldæorum origine; sed cum mutilum sit Josephi fragmentum, de hac Berosi historia scimus nihil. Quod attinet ad Nabuchodonosori successores ab Evilmerodacho usque ad Cyrum, cum Daniele, cæterisque eâ de re Authoribus Berosus egrè conciliaretur.

Sub Abrahami tempora, cujusdam Sennaar, seu Babyloniæ Regis cum Codorlamor fœdere juncti fit mentio (d). Chaldæorum manus in Jobi Libro occurrunt (e). Julius Africanus (f) scribit, Evechoum 224. annis ante Arabes in Chaldæâ regnasse, anno nempe Periodi Julianæ 2952. eo circiter tempore, quo Jacob in Mesopotamiam perrexit, anno M 2242. Arabum adversus Chaldæos bellum contigit anno M. 2465. nempe anno propè trid.

s Tatian. pag. 171.

t Diodor. Sic. l. 2. p. 82. D. u Cicero. l. 1. & l. 2. de Divinatione. x Plin. l. 7. c. 56.

y Porphyrius apud Simplic. l. de Calo. z ante Christ. 2234.

a Isai. 39. 1. b 4. Reg. 20. 12. c Joseph. l. 1. contr. Apion. 1044. 1045.

d Genes. 14. 1. e Job. 1. 17. f Vid. Euseb. Chronic. Jul. Afric. & Usser. ad ann. M. 2465. & 2466.

gestimo Moysis. Arabes 126. annis ante Belum Assyrium, Nini patrem, in Babyloniâ imperarunt.

Belesus, seu Baladan, seu Nabonassar Babyloniæ, Præfectus, & Arbaces Præfectus Mediæ à Sardanapalo Assyriæ Rege defciscens, 400000. hominum, Medorum nempe, Persarum, Babylonensium, & Arabum, comparato exercitu (g), cum eodem Sardanapalo signa pluries contulerunt; à quo ter victi, Bactrianis à Rege ad se deficientibus, noctu hostes invaserunt, & eorum castris positi sunt. Tunc Sardanapalus militibus suis præfecto Salemane conjugis sue fratre, Ninivem se recepit; ubi bis à Baladan & Arbace Salemane profugato, ab eisdem undique circumfessus, tribus annis obsidionem sustinuit; donec tumentis Tygris alluvione stadiis viginti, seu 2500. murorum passibus everfis, perque ruinas aditu hostibus patefacto, ne in eorum manus incideret extructâ pyrâ, rebusque omnibus pretiosissimis eò congestis, se ipsum unâ cum Concubinis, Eunuchis & totâ Regiâ combussit.

Arbaces Medorum & Baladan Babyloniæ Reges denunciati fuerunt. Ninus verò junior Ninive post Sardanapalum imperavit, & ab eo secunda Assyriæ Regum cœpia est progenies. Hunc Scriptura Theglathalassarum appellat (h). Belesus igitur, seu Baladan primus est Chaldæorum Rex, cujus epocham certò sciamus; etenim de Amraphele Sennaar Rege, cujus mentio in Genesi, & de Chaldæis, apud Jobum, & de iis denique, quos ab Arabibus victos Eusebius refert, apud nos certi nihil; quorum præterea & Imperii sedem, & Monarchiæ durationem, & quomodo, & quando in Assyriorum dittonem venerint, penitus ignoramus. Quare Chaldæorum historiæ historia Hebræorum longè est præferenda; sive utriusque vetustas, continuatio, & certa auctoritas unâ simul conferantur; sive undè utraque exhauritur, fontes, & monumenta perpendantur.

Qui de Medorum gestis ex professo scripserit, nemo occurrit. Herodotus (i) post primum eorumdem Regem Dejoicem ad annos tantummodò 150. eorum Monarchiam protrahit; quam si ab Arbace, de quo mox ante, exordiamur, & in Cyro, qui Medorum & Persarum Imperium in unum iterum coegit, ad 193. annos extendenda erit; alii ad 350. annos prorogant (k). Verum ejusdem originem, progressum, & everisionem non nisi subobscurè sciri, inter omnes convenit. Arphaxad Medorum Regis, qui Ecbatana condidit, quemque Nabuchodonosor Assyriæ Rex profugavit, Scriptura meminit (l). Hunc verò nos in nostris ad Judith Commentariis eundem esse ac Phraortem Medorum Regem; Dejoicis primi eorumdem Regis successorem, luculenter ostendimus. Si Judithæ historia sub Manasse Judæ Rege contigit, nullam sanè Medorum Monarchiæ vetustatem protrahit; tunc enim à Dejoice inceptam in Cyro desuisse constaret.

g Diodor. Sicul. l. 2.

h 4. Reg. 15. 29. & 16. 7. 10.

i Herodot. l. 1.

k Justin. l. 1. c. 7. p. 10.

l Judith. 1. 1.